

5.27: Sense Units

N.B.: This passage is almost entirely in indirect statement introduced by **locūtus est**. All subject accusatives and infinitives (that would be nominative nouns and conjugated verbs in direct speech) dependent on **locūtus est** have been printed IN SMALL CAPITALS.

Mittitur ad eōs colloquendī causā C. Arpineius, eques Rōmānus, familiāris Q. Titūrī, et Q. Iūnius ex Hispāniā quīdam,
quī iam ante missū Caesaris ad Ambiorīgem ventitāre cōnsuerat;
apud quōs Ambiorīx ad hunc modum locūtus est:
SĒSĒ prō Caesaris in sē beneficiīs plūrimū eī CŌNFITĒRĪ dēbēre,
quod eius operā stipendiō liberātus esset,
quod Aduātucīs, finitimīs suīs, pendere cōsuēsset,
quodque eī et filiū et frātris filiū ab Caesare remissī essent,
quōs Aduātucī
obsidum numerō missōs
apud sē in servitūte et catēnīs tenuissent;
neque [SĒ] id,
quod fēcerit dē oppugnātiōne castrōrum,
aut iūdicīō aut voluntāte suā FĒCISSE, sed coactū cīvitātis,
SUAque ESSE eiusmodī IMPERIA
ut nōn minus habēret iūris in sē multitudō quam ipse in multitudinem.
Cīvitātī porrō HANC FUISSE bellī CAUSAM,
quod repentīnae Gallōrum coniūrātiōnī resistere nōn potuerit.
Id SĒ facile ex humilitāte suā probāre POSSE,
quod nōn adeō sit imperītus rērum
ut suīs cōpiīs populum Rōmānum superārī posse cōnfidat.
Sed ESSE Galliae COMMŪNE CŌNSILIUM:
omnibus hibernīs Caesaris oppugnandīs HUNC ESSE DICTUM DIEM,
nē qua legiō alterae legiōnī subsidiō venīre posset.

(continued)

Nōn facile GALLŌS Gallīs negāre POTUISSE,
praesertim cum dē recipendā commūnī libertāte cōnsilium initum viderētur.

Quibus quoniam prō pietāte satisfēcerit,
HABĒRE nunc SĒ ratiōnem officiī prō beneficiīs Caesaris:

[SĒ] MONĒRE, ŌRĀRE Titūrium prō hospitio,
ut suae ac mīlitum salūtī cōnsulat.

MAGNAM MANUM Germānōrum conductam Rhēnum TRĀNSISSE;

HANC ADFORE biduō.

Ipsōrum ESSE CŌNSILIUM,

velintne

prius quam finitimī sentiant ēductōs ex hibernīs
mīlitēs aut ad Cicerōnem aut ad Labiēnum dēdūcere,
quōrum alter mīlia passuum circiter quīnquāgintā,
alter paulo amplius ab eīs absit.

Illud SĒ POLLICĒRĪ et iūre iūrandō CŌNFIRMĀRE tūtum iter per finēs datūrum.

Quod cum faciat,

et civitātī SĒSĒ CŌNSULERE,

quod hibernīs levētur,

et Caesarī prō eius meritīs grātiā REFERRE.

Hāc ōrātiōne habitā

discēdit Ambiorīx.